

DECISIONVM FORLIVIZANENSIS,

ALIORVMQVE TRIBVNALIVM
IN ITALIA INSIGNIVM,

Peregrinorum, practicabilium, valde, & amabilium.

AVCTORE

D. BORGNINO CAVALCANO,

ADVOCATO FIVIZANENSE EPISCOPATVSQVE

Papae Vicario generali, per XL. annos Practico,

Liber sine Titulo Primus,

DE JVDICIIS,

UT QVAE IN HETERISIMIS IDEO LYCEIS LENTER, DILEXIDE, NERVOSE.

*prolixè ac copiose tractat, ut singula Decisiones Tractatus instar esse possint, alibi, quam hic si in casu
quopiam decisionem & conclusionem Doctorum perfectam, cum Rationibus, Auctoritatibus,
& Resolutionibus habere velis materia laboriosius quaerenda non sit.*

QVO NOMINE OMNIBVS DECISIONIBVS. PLVRIMORVM GERMANIAE

*Iurisconsultorum iudicio, quib. sunt vise, facile palmam praeripient, & clementibus, videntibus, per-
legendibus, ruminantibus & intelligentibus grandem diminuent laborem.*

POST ITERATAM ET PLVRIBVS ADDITIONIBVS ILLUSTRATAM

*Auctoris editionem diligenter repurgatam, et adhibita diversorum characterum compendiosa elegantia, nonis
Indicibus regegitur a Musis Palthenianis illustratur.*



CVRA ET STUDIO

Collegii Musarum Novenarum Palthenianarum,

Quod est

IN NOBILI FRANCOFVRTO,



*Solo D. J. de G. de G.
Hurt. de W. de W.
de W.*



SERENISSIMO
MAGNOQUE HETRUV-
RIÆ DVCI,
FRANCISCO MEDICÆ

Borgninus Cavalcanus U. T.



V M opus aliquod elaboratum in lucem emittere docti contē-
dunt, Serenissime Dux, sibi magnum aliquem virum ex multis
feligere solēt, cui tale opus nuncupēt, vt sub eius tutela, & a ma-
lorum hominum obreccatione defendi, & maiorem auctori-
tatem apud alios consequi possit. Eam ob rem, cum libellum
meum de tutore, & vsufructu edere cogitarem, pluribus iam an-
nis retroactis, Serenissimo Magno Etruriæ Duci, & Sanctæ
recordationis viro, parenti tuo clarissimo, nuncupavi, vt sub e-
ius clypeo, imo potius numine maiorem apud omnes gratiam
consequeretur. Nunc autem cum Forensis vsus, & causarum
moles coegerint me Decisiones quædam edere, tu vnus omnium mortalium, Serenif-
sime magne Dux occurristi, cui has Decisiones nostras consecrarem, tum vt illæ testa-
rentur singularem meam in te obseruantiam, tum, vt fructus asyli sapientiæ Pisanæ de-
cerpere, & delibare posses, in quod benignitate, & prudentia parentis tui inuictissimi, ar-
que etiam liberalitate tua, ego cum fratribus meis tum cooptatus. Ad hæc grauissimi
& sapientissimi viri maturo me iudicio impulerūt, vt has Decisiones sub amplissimo no-
miuctuo ederē, quorū alii sub te aureum seculū, alii manus quoddā vere expectare solēt.
cum animi mei prudentiam, magnitudinem, iustitiam, cetera q; heroicas animi tui do-
tes admirentur. Sed te magnum Ducem grauioribus negotiis occupatum diutius non
derinebo: Borgninum Cavalcanū tuæ celsitudinis humilem seruum, & subditum tuere
& ama.



DE CISIONVM FORI FIVIZANENSIS, ALIORVMQVE IN ITALIA INSIGNIVM LOCORVM PEREGRINARVM ET AMABILIVM,

BORGNINO CAVALCANO ADVOCATO FIVIZANENSE, EPISCOPATVSQ PAPIÆ Vicario Generali, Auctore

Pars Prior de Iudiciis.

CLARISSIMIS DD. DIONYSIO, ET Philippo J. CC. ac D. Hortensio fratribus.

BORGNINVS CAVALCANVS FRATER.



VM in id ætatis inciderimus, vt IVDICES cuncta non pro æquitate, aut iustitia, sed pro quæstu, & arbitrio plerunque aliqui moderentur: publica me mouit utilitas, quasdam Decisiones Prouinciae Hetruriz, aliorumq, insignium locorum edere, quarum plerasque Forum nostrum Fiuizanense (patrocinate Carlo Cavalcano, t. C. nemini secundo, & Patre nostro communi) nonnullas vero supremum Rotæ Florentinæ me aduocante, ac te Dionysio Fratre, approbavit, in his habebunt Iudices quid sequi, & quid euitare debeant, quomodo honori, & saluti animarum suar, & subditorum utilitati consulant, quod fere difficile esse hodie videtur post tot Doctorum scripta, & congestas hinc inde pugnantes inuicem, & contrarias in iure nostro sententias. Ne ergo posthac alicui excusationi locus esse possit, Iudicibus nostris has Decisiones ad communem omnium utilitatem, & præsertim Fori nostri Fiuizanensis edere coactus sum, quibus verum a falso, iustum ab iniusto, æquum ab iniquo post longos labores discernere facile erit. Vos interim fratres chari. valete, meque, vt soletis, amate. Papiæ, Kalend. Maii 1581.

ARGVMENTVM

Captura militet facta ex defectu iurisdictionis, & litis pendentiz debet reuocari.

SVMMARIA

- 1 Captura est odiosa, & non potest fieri de iure communi, quando debitor habet in bonis & num. 3.
- 2 Fructus sortitur quis respectu domicili, originis, rei, delicti generalis, & solutionis.
- 3 apud iurari suspectus potest quis in loco, ubi non possit conueniri no. 12.

- 3 Captus in loco, ubi conueniri non potest, agere potest actione iniuriarum & causam locatur no. 14. 28.
- 4 Suspectus de fuga non potest dici, qui possidet bona in eius domicilio, & qui non est vere suspectus de fuga, sed presumtus.
- 5 Vnusquisque potest renuntiare favori sui.
- 6 Promittens solvere in certo loco intra certum tempus, si non soluit, potest ubique locorum conueniri.
- 7 Qui non potest se obligare, in passu personaliter capere & fugari secundum communitatem.
- 8 Debitor obligans se posse conueniri obique locorum,